DYONISIUS DE BURGO SANCTI SEPULCRI

Niederösterreich (Raum Wien), 1399 Seite 196v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35039
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



ca. ii.

conpeit supra id corpus duci vehiculum iussit quo i. ut in complexum tarquini mariti
sui interfectoris veniret celerius. Qua festinacione tam impia tamque probrosa et
contaminata atque nefanda non solum est in famia etrina sed eciam ipsum vicum cognomine
sceleris commaculavit quia ut dicit titus livi vicus ille est sceleratus.

Non tam etc. dicit quod hoc factum et dictum quod in isto exemplo recitatur non est
tam atrox et tam crudele nefandum sicut precedens sed tamen audacissimum
Iste namque gaius fimbria scevolam virum sortitum in fine i. dum funeralia
Gay marii celebrarent iugulari i. vulnerari fecit qui ex vulnere convaluit quo
audito fimbria se accusare ipsum ad populum dixit qui interrogatus ab audientibus
quid de ipso tam sancto qui digne satis laudari non posset esset dicturus. Rudit
se illi obiecturum quod telum i. lanceam vel dardum corpore suo parcius i. minus de
bito et avare recepisset quod dictum auctor dicit esse licenciam i. audaciam furoris rei
publice egre i. cum tristicia et gemitu prosequendam quod ideo dicit quod tunc erat res
publica bello civili multum consternata in qua videbatur licitum quod erat ad libitum.

Lucius vero etc. quod hic ponitur
Salustius recitat nam antequam coniuracio castelline esset in publicum revelata
marcus tulius cicero de coniuracione suspectus sibi dixit quod in senatu igne
et incendium cogitaverat qui sibi furiose respondens sencio ita esse inquid et quid id
si aqua non potuero ruina extingam quam quid aliud existimemus i. quid aliud de ipso
possumus existimare quam actum et exagerationem et constrictum simul conscie pri. ad ij
quod de proximo erat factarus nullam improbam responsionem prosiluit. Nam dicit Sa
lustius quod catellina in senatum vadens ut se excusaret post multa turbata dixerit
incendium meum vestra ruina extinguam

Consternatum etc. Marchus marcellus fuit vir singularis honoris cum pom
peio contra cesarem miles quem cesar pompeio de victo in amiciciam recipiens
eum consocius preposuit quod magnitudo moleste ferens ipsum vita privavit
quod factum et eius causam hic tangit Valerius dicens Non solum lucii sille factum
fuit in probum sed eciam pectus magnitudinis fuit amencia consternatum et omni racione
privatum qui spiritum i. vitam et sensum a cesare Julio post victoriam marcho mar
cello datum sua manu eripuit non suple eius inimicus existens sed vetus i. antiquus
amicus et milicie pompeiane comes et socius et subdit quare eum occidit In
dignatus suple existens cum videret aliquos amicorum ab eo cesare sibi preferri
sive motus quod ipse esset minor et sic invidia motus fuit sive quia ab inimico dum sui
promotus erat et subdit locum in quo ipsum interfecit urbs enim amicilenis
que erat civitas iuxta mare ubi portus erat athemensium quo se suple marchus
marcellus contulerat repente et subito iste magnitudo adiens eum in athenis
portum pugione confodit protinusque ad irritamenta vesanie sive trucidanda
tetendit i. irritamenta sue fatuitatis trucidari meruit propter tria nefanda
que non sit nam fuit amicicie hostis eo quod amicum interfecit fuit divini bene
ficii interceptor quia beneficium quod divinus fecerat cesar amovit fuit religionis publice
quod ad salutem clarissimi civis recuperandam attinuit acerba labes et acerba et crudelis
in facto Nam cultus divinus in esse salutem hominum custodire quibus ipse colitur
et quantum ad hoc dicitur hic quod publica religio ad salutem civis pertinet quam iste
neque suo scelere maculavit

Hanc crudelitatem etc. temporibus bellorum civilium tantum in urbe superhabundavit
sedicio ut eciam filius esset contra patrem et econverso de quorum numero hic pater